



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1843**

XIX. Geleitsbrief mehrerer Vasallen des Nicolaus von Werle für Ritter Konrad Wolf zu einer Verhandlung in Wredenhagen.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54314](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54314)

ornamentis seu aliis necessariis manus adiutrices porrexerint vel quicquam facultatum suarum in extremis legauerint, donauerint, miserint per se uel alios quocumque modo licito procurauerint eisdem; Nos de omnipotentis dei misericordia, gloriose semper virginis Marie, beatorum petri et pauli apostolorum eius auctoritate confisi, Singuli nostrum Singulas dierum quadragenas de iniunctis sibi penitentiis, dummodo consensus diocefani ad id accesserit, misericorditer in domino relaxamus. In cuius rei testimonium presenti scripto sigilla nostra duximus apponenda. Datum Rome, anno Domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. nonagesimo quinto, pontificatus domini bonifacii pape VIII. anno primo.

Nach dem vom Königl. Regierungsrathe von Minutoli mitgetheilten Originale.

**XVIII.** Bischof Gottfried von Schwerin genehmigt, daß die Mönche zu Röbel nach der Neustadt Röbel, Havelberg'scher Diöcese, und die Nonnen von hier nach Malchow ihren Sitz verlegen, da der Bischof von Havelberg beide von seiner Diöcesanschaft befreiet habe, im Jahre 1298.

In Dei nomine Amen. Godefridus, Dei gratia Episcopus ecclesie Zwerinensis, — Considerantes — utilitatem et commodum tam dilectorum filiorum Prioris et conuentus fratrum ordinis predicatorum in Robele, nostre dioecesis, quam et sanctimonialium de ordine penitencium nove ciuitatis Robele, Havelbergensis dioecesis, in spiritualibus pariter et temporalibus, que consequi poterunt ex eo, quod dicti prior et conuentus ad locum predictorum sanctimonialium de nostra dyoecesi transeant et memorate moniales Malchowe se transferant, habitationes et claustra habituri perpetualiter utrobique, annuimus, quatenus fratres sepedicti et sanctimoniales huiuscemodi transitum habeant pro ipsorum fructu et commodo ampliori, maxime cum in Christo venerabilis pater, Dominus Johannes, Havelbergensis episcopus, ipius Christi virgines et ipsarum prepositum a sua diocesi et obedientia duxit perpetuo dimittendas. Preterea ut iugis nostri et predecessorum successorumque nostrorum Zwerinensium Episcoporum apud easdem sanctimoniales habeatur memoria, Ecclesias utriusque Malchowe et Lexowe, quarum jus patronatus Nobilis vir Nycolaus de Werle ipsis donauit, dicto cenobio donamus de Consensu capituli nostri donatione perpetuis temporibus valitura, ita tamen, quod dictus conuentus et prepositus nobis obedire teneatur et successoribus nostris, sicut dictarum ecclesiarum plebanus hactenus obediuit, iuribus etiam episcopalibus in omnibus saluis. Testes hujus rei sunt: Ludolfus de Bulowe Canonicus Zwerinensis, Hako Lubecensis Canonicus, Johannes Babbe, Godefridus Bulowe, milites, cum pluribus fide dignis. Datum sub sigillo nostro per manus Notarii nostri Johannis de Luttekenborch Zwerinensis Canonici, VI. feria festi Pentecostes, anno Domini M. CC. nonagesimo octavo.

Vollständig in Schröders papist. Mecklenburg S. 845.

**XIX.** Geleitsbrief mehrerer Vasallen des Nicolaus von Werle für Ritter Konrad Wolf zu einer Verhandlung in Wredenhagen.

Sirenuo militi et honesto, Domino Conrado lupo, Dominus prisenbur, Dominus Johannes de owe, Dominus theodericus Kufgart, dominus bernd de havelberg, dominus otto

de Netzow, Reynekinus huno, dominus huno, seruitium debitum et quidquid possint. Notum sit omnibus paginam hanc visuris, quod nos vnanimiter dominum Conradum lupum sub ducatu nostro pre omnibus amorem domini nostri Nycolai de werle diligentibus ante Indaginem noui castri et omnes venientes cum eo veniendi proxima II<sup>a</sup> feria placitandi hora tertia conducamus, post placita secure ad propria redeundi; que propter maiorem securitatem sigillo domini thiderici Kufgart et domini Johannis de owe fecimus roborari. Datum vltima dominica die ante festum beati Johannis baptiste, in indagine noui castri, hora tertia.

Aus dem Kloster-Archive zu Heiligen Grabe.

**XX.** Erzbischof Burchard von Magdeburg vereignet dem Kloster Riddagshausen einen Hof mit der Egidien-Capelle zu Magdeburg, indem er bezeugt, daß das Kloster den Bischof Johann von Havelberg davon abgefunden habe, im Jahre 1301.

In nomine domini Amen. Borchardus, dei gratia sancte Magdeburgensis ecclesie Archiepiscopus, Bernardus prepositus, Godefridus decanus totumque ejusdem ecclesie capitulum Uniuersis christi fidelibus has litteras inspecturis, salutem in domino sempiternam. Ne ea, que sunt in tempore, simul cum tempore transeant, solent scripturarum testimonio memorie hominum commendari. Notum itaque esse volumus tam presentis temporis quam futuri hominibus, quod nos de unanimi consensu et pari voluntate curiam ad dotem nostre ecclesie Magdeburgensis pertinentem, sitam ex opposito curie predictorum fratrum prope et infra muros Magdeboreh, in qua siquidem curia Capella sancti Egidii sita est, et quam etiam venerabilis dominus Joannes, Havelbergensis ecclesie episcopus, aliquandiu possedit et habuit, de sua conuenticia viris in Christo religiosis Abbati et Conuentui Monasterii in Riddershusen, Cisterciensis ordinis, Halberstadenensis diocesis, contulimus et donauimus iure proprietatis perpetue possidendam, renunciantes omni exceptioni et actioni, que possent in contrarium provenire, ac omni legum et canonum auxilio, promittentes firmam ac debitam Warandiam ejusdem curie Abbati ac conuentui antedictis; Recipientes triginta marcas Stendalientis argenti a jam dictis Abbate et Conuentu in restaurum. Hoc nichilominus protestantes, quod idem Abbas et Conuentus ipsam curiam a predicto domino Joanne, Havelbergensis ecclesie Episcopo, qui eam iusto titulo pro tempore possederat, absoluerunt legitimo pretio mediante. In cuius rei testimonium presens scriptum inde confectum nostris sigillis fecimus communiri. Testes sunt Joannes de Brunswigk, Magister Conradus longus de Brunswig, nostre curie cappellani, Joannes de Borch Canonicus ecclesie sancti Nicolai de nouo foro Magdeburg, frater Amelius conversus, Heyno de Alsleue, Henningus de Bardeloue, Tylo Marscalcus, Joannes Burgravius de Louborch, milites nostri, Heyno de Hornhusen et seseko de Calve famuli, et quam plures alii fide digni. Actum et datum Magdeburgi, Anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. primo.

Nach Lenz Magdeburgischer Stiffts-Historie Anh. S. 515.